

Guido Faba

Dilecte in Christo sorori ac domine

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

Dilecte in Christo sorori ac domine

1226-1228

Dilecte in Christo sorori ac domine reverende, D. Sancti Columbani abbatisse vita laudabili, morum venustate ac multa sapientia ubilibet commendate, A. Sancti Gregorii abbatisa, femina peccatrix et multum fragilis et indigna, salutem et Deum facie ad faciem contemplari.

Quanto sincero cordis affectu vestram in Domino diligam caritatem et ille novit qui nihil ignorat et vos per exteriora potestis presumere de internis.

Cum autem mee sorores dissentiant et nolint dominam Dianam in monacham recipere ut rogastis, et sola non possim facere que velitis, voluntas affectum approbet, sed effectum non secutum impotentia non incuset.